



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi  
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

5 Moralia praecepta veteris legis vim habent, & perpetuò habebunt.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

cilla cum filio liberæ : itaque fratres non 6  
sumus ancillæ filij, sed liberæ, qua libertate  
Christus nos liberavit, c. 4. ad eisdem & ita  
scribens testatur manifestissimè , ejcien  
dam esse legem veterem , quæ, tanquam  
ancilla fuit legis Evangelicæ , unde alibi,  
translato Sacerdotio necesse est , ut legis  
quoque translatio fiat: idem Paul. ad Hebr.  
c. 7. & Covar. eod. c. 17. nu. 1.

Moralia autem † veteris legis præcepta  
adhuc vim habent, & perpetuo habebunt,  
non ex auctoritate veteris legis, sed ex eo,  
quod sint à natura ipsa instituta, & à Chri-  
ſto Iesu in lege Evangelica eadem ratione,  
qua, & naturalia debuerunt, & sunt, præ-  
cepta, ut per Sot. lib. 2. de just. & jur. quest.  
5. artic. 4. concl. 2. cap. fin §. hu itaque, 6. dist.  
& Monet. eodem tract. cap. 1. nu. 8. Judicia-  
lia præcepta veteris legis servari possunt, &  
servantur, non tamen , tanquam ex veteri  
lege, sed quia noviter lege humana sunt  
constituta, ut eodem titulo . de injur. & c. 1.  
de homicid. Ceremonialia vero , nec ser-  
vari, nec lege lata iterum institui potest,  
ut serventur, S. Thom. par. 2. quest. 104.  
ad 3. in solutione quest. Idem, 2. 2. quest. 104.  
art. 3. & Covar. eodem num. 1. vers. hinc. non  
immerit, nisi in his , quæ licet ceremonialia  
essent, magis pertinebant ad devotionem  
quandam, ac ritum sacrificiorum , &  
eorum ornatum , quam ad futuræ legis,  
Christique nascituræ præfigurationem ,  
quemadmodum sunt vestes sacerdotum,   
altaRIA, thurificatio, decimarii & primitia-  
rum solutio, oblationes, & alia similia, quæ  
etiam per legem Evangelicam à Pontifici-  
bus sunt statuta , ut in c. 1. de consecr. dist.  
1. c. un. ex. de puris. poss. per. & post S. Tho.  
Joa. Major , & alios, tenet Covar. eodem  
vers. hinc. in fine

An autem decimæ † jure divino, vel po-  
sitivo debeantur, maxima est quæſtio , &  
quod debeantur jure divino, probat San-  
ctus Hieronym. super Malichiam relatus, in  
c. revertimini, & S. August. in c. decimæ in-  
buta sunt, 16. quæſt. c. Parochianos, c. sua, j. h.  
1. & c. in aliquibus, fin. de decim. c. quadra-  
gesima, in fin. de consecrat. dist. 5. gloss. 2. in  
c. à nobis , & gloss. penult. in c. nuper , &  
Hostien. in summ. num 9. & 11. eodem titulo  
de decim. Rot. decim. 14. numer. 2. de jud.  
in nov. & decim. 1. num 1. de decim. in antiqu.  
& hanc opinionem esse communem, tenet  
Franc. in c. 1. de decim. relat. per Covar. eod.  
dem c. 12. num. 2. ver. & præter has, Rebuffi  
in tract. de decimi, c. 1. nu. 9. & Monet. eod.  
c. num. 9;

Contrarium vero, quod licet jure divino  
sint institutæ, tamen, aut præceptum deci-  
matum est ceremoniale, ut per Covar. eod.  
c. 17. nu. 1. vers. hinc nov. aut est judiciale, ut  
per Monet. eodem c. 1. nu. 13. & tam cere-  
monialia, quæm judicialia præcepta, nunc  
vim legis non obtinent, S. Tho. 1. 2. q. 104.  
art. 3. S. Bonavent. in 4. ſentent. dist. 3. art. 3.  
qu. 2. Tiraq. de retract. lign. in prefat na. 8.  
Covar. d. c. 17. n. 1. cum alijs supra, post prin-  
cip. allegatis. & Monet. eod. c. 1. nu. 14. Ideo  
si jure Pontificio fuerint indicæ, jure divi-  
no inhærente, & præcepto Pontificio per-  
folvi debent, ut probatur.

Primo, auctoritate text. in c. ad Apostoli-  
ce, c. ex parte , c. non est, c. extra missa, c. à  
nobis , & ferè per tot. ex de decim. c. statuto,  
eodem titulo in 6. & clem. 1. eodem. Co-  
var. dicto cap. 17. numer. 2. vers. secundare-  
ri, & Monet. dicto cap. 1. numer. 18. &  
Conciliorum eadem Pontifica auctoritate  
factorum , ut per Concilium Mag-  
ubi, admoneamus , inquit , atque præcipi-  
mus,